Μαρώνεια

C. H. Tzschuckio:
Ἐκδ. Pomp. Melae
Λιψία 1806
T. III, M. 2.
2. 131-2

Μαρώνεια. .... Quod refert Plin. 4,18. s. 11. prius dicta est Ortagurea .. qui fuit Bacchi comes, quem Aristoph. in Σκύλ. v. 911. s. 951. inducat. --- Bacchi certe nomen et figuram exhibent multi numi.

Hinc Bacchus etiam Maroneus vocatur a Tibullo 4,1,57.

Maroniae autem nomen adsumsit a Marone, conditore, prout ferunt Diodor. Sic. 1,20. Suidas et alii quidam cum nummis. Cf. Eckhel. c. l.

Μάρωνος ἡρῷον ibi notat Eustath. ad Odyss. 9,4. p. m. 335. m. ex Strabone, in quo tamen hodie desideratur, quia ea libri 7. pars periit. Cf. idem ad 9, 147. p. m. 347. m.

- - - -

Praedicatur vini cultura, quam is exercuit, unde sit, ut Μάρων in Graecis passim de egregio vino, propie de Maroneo vino dicatur. Sic Eurip. in Cycl. v. 411. et 612. Cratinus in Polluce 4,26. Hinc ὁ ἐκ Μάρωνος οἶνος ap. Athen. 1,20. s. 47. etsi respicit Homerum Odyss. 9, 197. ex quo est vinum a Marone datum praestantissimum illud, uti post describitur.

vid. Plinius 14, 6. s. 4. ubi Harduinus notat ex Baccio in hist. vin. 7. pag. 335. vix eius hodie nomen restare.

Eundem vero Maronem Mareae, Aegypti urbi, nomen imposuisse, unde Μαρεώτης οἶνος celebratur, tradit praeterea Athenaeus 1, 25. p. 33. s. cap. 60.

Nostram vero urbem antea etiam Ismarum dictam fuisse, tradunt posteriores, ut Tzetzes ad Lycophr. v. 17. Hesychius, Suidas, Harpocration h. v. quos tamen refutat hic Vossius, quia Ismarus urbs in Homero [Odyss. 9, 40.] occurrat, nec id aetas

(ἀκολουθεῖ)

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

319

Maronis patiatur, quippe qui multis saeculis Homero sit antiquior et una cum Osiride in Thraciam venerit urbemque illam condiderit, [Diodor. c.l.] etsi de posteriori nomine intelligi potest. Sed et utramque urbem distinguunt auctores alii, ut Plin. c.l. Stephanus, Eustath. ad Homer. Odyss. 9. 40. p. 335, 19. adeoque Ismarios Cicones olim Maroneam habitasse scribit Scymnus v. 675. Error natus esse videtur ex Homero Odyss. 9, 198. ubi Maron, Apollinis Ismarii sacerdos, commemoratur, qui Ulyssi vinum egregium ministravit.

- - - .

Hecubae sepulcrum Maroneae dederunt.

Ciconibus hanc urbem adscribunt quidam (cf. supra) et Stephanus iuxta Thraciae Chersonesum ponit.

- - - .

Prope Bistonida lacum ponit epitomator Strabonis 7. f. quod et comprobant numeri in Ptolemaeo 3, 11.

- - - .

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ